



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XCVI. De Bello fratrum de Kunnigsberg contra Sambitas, & primo  
contra territorium Quidenovv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Popo de Osterna VI. Magister Gen. Ord. Teutonicis.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia*

cium, qui adhuc firmus stans in primo proposito ait: adhuc ho-  
diē Sambitæ occidentur, vel terra aperiet os suum, & sicut Da-  
than & Abiron de glutiet eos vivos, & sicut prædixerat factum  
est.

## CAP. XCV.

*De*

### *Fidelibus Sambitis, qui fratribus de Kunnigsberg adhæserunt.*

**N**ec adhuc vexatio ista dabat intellectum Sambitis redeundi  
ad S. Matris Ecclesiæ gremium, sed erecta cervice contra  
Domini flagella in iracundiam concitati sunt, & contra fratres  
ad bellum durissimum provocati. Præter paucos viros præ-  
claros genere & Nobiles, qui relicta domo paterna venerunt  
successivè ad Castrum Kunnigsberg cum omni familia sua, &  
fratribus fideliter adhæserunt.

## CAP. XCVI.

*De*

### *Bello fratrum de Kunnigsberg contra Sambitas, & primo contra territorium Quod novv.*

**N**Alubo filius Scldonis de Queden vir ferocis arimi & in-  
domiti cordis, tamque præsumptuosus, & stimans verecun-  
diam, si tam citò fratribus subderet Collum suum, noluit sequi  
parentes suos. Unde fratres commoti, dum vellent cum Exercitu  
procedere contra ipsum, germanus ejus scil. Wargullo miserans

teme-

CAP.

*Poppe de Osterna VI. Mag. Gen. Ord. Teutonici.  
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

temeritatem adolescentiæ suæ, de fratum licentia processit, & dixit ad eum: Nalubo Maledicte, nunc surgas & sis vagus & profugus de terrâ tua, quia non obedisti voci nec & parentum tuorum, alioqui fratres & armigeri eorum, qui jam veniunt, te occident. Qui fugiens secessit ad territorium Scoken Vicinum & evasit ipse solus; sed tota familia domus suæ & substantia fuit à fratribus dissipata. Tandem idem Nalubo fatigatus crebris impugnationibus se fidei subjecit, & sanctus fuit vir fidei & conversatione laudabilis.

## CAP. XCVII.

*Difficultate deferendi Victualia ad  
Castrum Kunnigsberg.*

**P**Rutheni in malitia sua obstinati cogitaverunt, quomodo Castrum Kunnigsberg destruerent, locum scilicet illum, quem Dominus ad laudem & gloriam nominis sui praelegit. Unde Ulciscens in omnes ad inventiones eorum, machinaciones, quascunque attentaverunt, in nihilum redigit. Considerantes itaque Rutheni, quod Castrum Kunnigsberg violenter non posset expugnare, tanquam viri experti & subtile in bello ordinaverunt multas naves, quibus naves fratum ducentes victualia ad Castrum Kunnigsberg destruerent & delerent, ut deficientibus sic victualibus & ipsi Fratres deficerent. De quo Commentator & fratres turbati miserunt occultè quandam virum, qui dictas naves terebro perforavit, & hoc totiens iteravit, quod fatigati laboribus & expensis ab impugnatione navium fratrum, quarum multas destruxerant, captis hominibus & occisis, desisteres sunt conati.

CAP.

